



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istorìa**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

XX. Quae acta sint Hierosolymis principatu Neronis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14478**

danem sitæ Procurator esset. Ipse cum tredecim annis & octo insuper mensibus imperium administrasset, Neroni imperii successorem relinquens, è vita decessit.

Λ λυμένης περαίας ἐπιήροτον ἐκπέμφας, διοικήσας ὃ αὐτὸς τὴν ἡγεμονίαν ἔτεσε περὶ καὶ δέκα πρὸς μισὴν ὀκτώ, Νέρωνα τῆς δεξιῆς διαδοχὸν καταλιπὼν τελευτᾷ.

## C A P U T XX.

*Quæ acta sint Hierosolymis sub Imperio Neronis.*

Huc refer  
Niceph.  
c. 26. l. 2.

Neronis autem temporibus Felice Judæam procurante, aliam rursus inter Sacerdotes exortam seditio- nem, Josephus in vicesimo Antiquitatum libro narratis verbis: Orta est, inquit, ingens seditio Pontificum adversus Sacerdotes Primoresque plebis Hierosolymorum. Adeo ut singuli illorum collecta manu perditorum hominum novisque rebus studentium, duces se palam ferrent: congressique interdum conviciis & lapidibus se mutuo impeterent. Cum interim nemo esset qui eos objurgaret: sed tanquam in civitate omni rectore destituta hæc licentius agerentur. Tanta porro Pontificum erat impudentia & audacia, ut non dubitarent servos suos ad areas debitas raperent. Unde accidit, ut nonnulli ex Sacerdotum ordine, quibus res familiaris erat angustior, præ alimentorum inopia deficerent. Ita seditiosorum violentia jus fasque penitus oppræsserat. Idem Scriptor sub hæc tempora turmatim quandam grassatorum Hierosolymis extitisse dicit, qui interdum obvios in civitate trucidabant. Præcipue verò ait, diebus festis plebi immixti, scias sub vestibus occultantes, optimum quemque percutiebant. Cumque vulnerati protinus corruissent, ipsi cum adstantibus indignari se simulabant. Quo facto, credulitate hominum nihil de iis sinistri suspicantium, diu tecti latuerunt. Ac primum quidem Jonatham Pontificem ab illis ait interfectum fuisse: deinde verò complures alios quotidie confossos. Adeo ut timor ipsa calamitate acerbior esset, dum singuli tanquam in acie positi, quovis momento mortem sibi imminere crederent.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ΄.

*Ὅσα καὶ Νέρωνα ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπαράχθη.*

Κ Ἀτὰ ὃ Νέρωνα Φήλικῳ τῷ Γαδαιῶς ἐπιτροπεύοντι, αὐτοῖς Ρήμασι αὐτοῦ ὁ Γώσπη, τὴν εἰς ἀγγήλους εἰσὶν τῶν ἱερέων ὠδὲ πρὸς ἐν εἰκοσῶ τῆς δεχαιολογίας γεράφει. Ἐξάπτεται ὃ καὶ τοῖς δεχημεροῖσι εἰσὶν πρὸς τὰς ἱερεῖς, καὶ τὰς πρώτας τὴν πλῆθος τῶν Ἱεροσολύμων. ἕκασός τε αὐτῶν, εἴφῃ ἀνδρῶτων τῶν δραυστάτων καὶ νεωτεριστῶν ἐαυτῶ ποιήσας, ἡγεμῶν ἦν. καὶ συρράσσοντες ἐκακολόγου τε ἀγγήλους, καὶ λίθοις ἔβαλλον. ὁ δὲ ἐπιπλήξων, ἦν ἐδὲ εἰς. ἀλλ' ὡς ἐν ἀπρὸς εἰσὶν πόλει ταύτῃ ἐπράσσει μετ' ἔξουσίας. τοσαύτη ὃ τὰς δεχημερεῖς κατέλαβεν ἀναίδια καὶ τόλμα, ὥστε ἐκπέμπειν δέλους ἐτόλμων ἐπὶ τὰς ἀλωνας, τὰς ληλομένης τὰς τοῖς ἱερέσιν ὀφειλομένης δεκάτας. καὶ συνέβαινε ἕως διπορημένους τῶν ἱερέων, ἕως ἐνδεῖας διπολημένους θεωρεῖν. ἔτιως ἐκράτει τὰ δικαῖα πάντος ἢ τῶν σασιαζόντων βία. πάλιν ὃ αὐτὸς συγγραφεὺς κατὰ τὰς αὐτὰς χρόνος ἐν Ἱεροσολύμοις ἕποφυῆσαι, λησῶν τῶν εἰσὶν ἰσορεῖ, οἱ μετ' ἡμέραν, ὡς φησι, καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐφόνεον ἕως σιωνιῶνας. μάλιστα γὰρ ἐν ταῖς ἐορταῖς μετρημένους τὰ πλῆθος, καὶ ταῖς ἐδῆσιν ἕποκευθῶνας μικρὰ ξιφίδια, τὰς νύπην ἕως διαφόρους: ἐπειτα πεσόων, μέρους γίνεσθαι τῶν ἐπαθανακιστῶν αὐτὰς τὰς πεφονευκότας: διὸ καὶ παντάπασι ἕπο ἀξιοπιστίας, ἀνευρέτους ἕφραδς. πρῶτον μὲν οὖν ἕπο αὐτῶν Ἰωνάθην τὸν δεχημερεῖα καλασφαγήναι. μετ' αὐτὸν, κατ' ἡμέραν ἀναίρεῖσθαι πολλὰς καὶ τῶν συμφορῶν, τὸν φόβον εἶναι χαλεπώτερον. ἕκαστος καθάπερ ἐν πολέμῳ κατ' ἄραν τὸν θάνατον προσδοχομένους.